Iucun.
154.

4° Inc. 154.

Johannis Gerson.

n. b. H.

Collegij Beyrberge

Appellatio peccatoris a dei iuſticia ad eius miſericordiam Joannis Gerſonis: per modum orationis ⁊ confeſſionis.

Ad Bibl. Acad. Land.

Universitäts Bibliothek München

¶ Sequitur tenor Appellationis
cuiuſdam peccatoris a diuina
iuſticia ad eius miſericordiã ꝛc.

IN tua o Regina celi ꝛ
mundi totius dña. dei
genitrix illibata virgo
maria. ac veſtrũ omniũ
celeſtis regina proceꝝ
ciuitatis eterne conci-
uiũ. ꝛ beate felicitatis
coheredum coram dei
throno ꝛ agno iugiter
aſtantiũ. Tuque ſacer
euangeliſta Johannes
pudice virginalis pa-
nymphe celeſtium ſcru
tator egregie et diui-
norum ſcriba doctiſſi-
me tanq̃ in ꝑſona ſingularis autentice ꝛ ꝓrogatiue ſan
ctitatis et dilectionis amplioris digniſſime preſen-
tia. Ego. N. omniũ filiorum dei ingratiſſim⁹ merito-
rũ pauperrimus. ꝛ ſcelerum abundantiſſimus abom-
niũ peccatoꝝ meorũ grauantib⁹ firmo correctionis
ꝓpoſito ꝛ aĩo ademendationẽ vite melioris fiducialiẽ
appellãdi ꝛ lachrymaꝝ meaꝝ ꝓfluuijs a diſtrictiſſima
tua domine iuſticia ad clementiſſimã bonitatis tue
miſericordiam ꝓuocandi. dico proteſtor confiteor ꝛ ꝓ
pono. Qr licet ego peccator impius indignus ꝛ miſer
rimus tantilla mea tẽpora puericie metas adoleſcen-
tie curſum ꝛ ꝓuectõnẽ virilitatis mee progreſſum ĩ mo
oĩnes vite mee proceſſus. Annos mẽſes dies horas
ꝛ momenta timore tuo poſtpoſito animo irreuerenti
ꝛ infinito cogitatu deſiderijs ꝛ conatib⁹ malis volun
tate ꝓpoſito ꝛ cõſenſu peiorib⁹ necnõ opere cõſuetu-

dine contēptu peſſimis i nceſſanter impie trāſegerim
legem tuam peccando dereliquerim. iuſticias tuas ꝓ
phanauerim. gratiam tuam abiecerim. mandata tua
non cuſtodierim. ſalutaria tua conſilia ⁊ monita ꝑui-
penderim. pietatis opera ſegniter neglexerim. dona
ſpūs ſeptiformis mortaliter a me repulerim. beatitud
n[illegible]tutes malicioſe ſpreuerim. eccleſiaſticis me ſa
[illegible] indignū reddiderim. temereq́ꝫ boni ꝓprie ſa
[illegible]mor pctā cōmiſeriꝫ. obſuātias eccleſie ſancte
catholicas ⁊ p̄cepta ꝑtinaciter trāſgreſſus. flagitioſis
meis opibus fidē tuā violaueriꝫ. pctis meis rurſuꝫ te
fili dī crucifixerim. oībꝰ tuis bn̄ficijs ⁊ donis gratuitis
ingratꝰ extiteriꝫ flagella tua liꝫ pauca murmurādo ſu-
ſceperim in ſuꝑbia vite. auaritia cordis. inquinatione
mentis ⁊ corpis. inuidioſis actibus peculiaribꝰ caſtri-
mergijs iracundus motibꝰ. accidioſis corpibus. innu-
meris voluptatibꝰ actualibus culpis mortalibꝰ ⁊ cri-
minalibꝰ vicijs. venialibꝰ peccatis. offenſis ſpirituali-
bus corporis cordis ⁊ oris iniquitatibꝰ. factis illicitis
preſumptionibꝰ temerarijs crebris inobediētijs. negli-
gentijs ⁊ delictis plurimis ⁊ alijs nephandis exceſſi-
bus ex malicia ⁊ fragilitate omnibus interioribꝰ ⁊ ex-
terioribus meis ſenſibus te deum meum grauiter et
multipliciter offenderim Et hijs malis ꝓprijs nō con-
tentus mala malis accumulans alijs occaſionem pec-
candi prebuerim ⁊ eos in puteum interritus mecum
traxerim. Peccantibꝰ conſiliū auxiliuꝫ ⁊ fauorem im-
penderim. exemplis ꝑuerſis ipſe ꝑuerſus innocentes
ꝑuerterim. Ad peccata que rariſſime defleui quaſi ca-
nis ad vomituꝫ ⁊ ſus ad volutabrū luti poſt lamenta
tanquam ea non planxiſſem in pudice redierim ac
premiſſa ⁊ omnia alia mea facinora tibi cuncta viden-
ti notiſſima ordine ſcientia loco tempore ⁊ cauſa vl-
tra modum auxerim ⁊ aggrauerim mala quoruꝫ non

eſt nbetus nequiter cōmiſerim ⁊ ꝑ ea ſentenciā morti
eterne (qua dicitur anima que peccauerit ipſa morie-
tur) dampnabiliter incurrerim in iudiciū tuum hor-
rendum ⁊ iuſtiſſimū domine ⁊ in manū tuam dei vi-
uentis ꝑniciose nimis incederim indignationē tuam
incurrerim. a conſortio celeſtis exercitus me ſeꝑaue-
rim ⁊ ab iniquitate mea in qua vſqꝫ adhuc quaſi per
talentum plumbi reſidio vt reſurgerem nō adicerim
ſemꝑqꝫ dominū vocentem me ad penitentiā non au-
diuerim promittentē te premia eterna tenuerim. ⁊ te
mortem mihi cōminantem ꝑ ꝑtuam ⁊ diuitias boni-
tatis pacientie ⁊ longanimitatis tue in anime mee
ꝑiculum ⁊ ſalutis diſpendiū cōtempſerim. Tamen tu
rex fortis ⁊ potens vltor metuende terribilis et iuſte
iudex de cuius ore ſedentis in throno procedit gla-
dius ꝑ iudiciū ⁊ iuſticiam bis acutus contra iniuriam
oſtendens mihi bonitatē ⁊ pacientiā ſuſtinuiſti ⁊ ex-
peccaſti vt mihi miſeriaris. Pro longaui iniquitatem
⁊ tu bonitatē continuaſti in caritate ꝑpetua miſerās
dilexiſti me ⁊ attraxiſti diſſimulaſti ꝓpter penitentiam
omnes transgroſſiones meas ⁊ ſcelera mea. Cōtem-
ptus ingratitudines ⁊ delicta non improperaſti mihi
beneficia non detraxiſti propter crimina. toleraſti pa
cienter omnia mea flagitia cuſtodiſti me ne vltra ea q̄
feci cōmitterem grauiora. Non feciſti mihi ſecundum
peccata mea nec iuxta iniquitates meas. Non tribu-
iſti pro malis mala ſed pro malis bona. Non in[illegible]uliſti
mihi obprobria. Nō irrogaſti conuicia. retraxiſti ma-
num vltricem vibrantē ſuꝑ me vindicte gladium. di-
ſtuliſti ſententie mortis executionē. Suſpendiſti iudi-
cium ⁊ iuſticiam prorogaſti ſpe correctionis vite mee
terminū ⁊ peccatoꝝ meorum vlcionem digniſſimam
vſqꝫ in horam preſentem miſericorditer auertiſti ⁊ in

miſeracionibus tuis multis factum eſt vt non ſim cō-
ſumptus ne ꝑpetuum ſuſtineam ſaluationis pꝛe iudi-
cium patrimonij celeſtis iacturam beate viſionis ca-
rentiam. dampnū coꝛpoꝛis ⁊ anime dampnatiōes pe-
nam. non moꝛituri vermis doloꝛem. inextinguibilis
ignis incendium. ſtridoꝛem dentium. tenebꝛas fletuꝫ
luctum ⁊ grauamen. Ex pꝛemiſſis igitur domine ſi a
me faciem auerteris ⁊ miſericoꝛdiam deſpexeris. ſi in-
iquitates meas obſeruaueris ſi in ira tua arguēdo me
miſericoꝛdiā tuam attenueris ⁊ antique miſericoꝛdie
recoꝛdatus non fueris ſi in ꝑpetuum mihi iraſceris et
miſericoꝛdiā a me peccatoꝛe ineternum abſconderis
ſi iuſticie tue ſolium me iudicaturus aſcenderis ⁊ obli
tus fueris mei finaliter miſerrimi. Sciens me pꝛe in-
iquitatum mearum multitudine ⁊ graui peccatoꝛum
onere me culpabiliter in hac vita grauatum non in-
debite timens qꝫ veri ſimiliter ſi tantis tribulationibꝰ
adiutoꝛem non inuenero poſt hanc vitam me plus
⁊ multo foꝛtius aggrauari: Ideoqꝫ deus iudex iuſte ī
his ſcripturis lachꝛymaꝝ mearum atramento con-
ſcriptis ad te irato ⁊ iuſto iudice ⁊ a ſnīe tue diuine
iuſticie ad te placatū ⁊ miſericoꝛdem patrem miſericoꝛ
diarum qui tardam neſcis miſericoꝛdiā ⁊ cui ꝓpꝛium
eſt ſemꝑ miſereri ⁊ parcere quia ſuꝑioꝛem non habes
cum tu ſis ſolus altiſſimus ⁊ in miſericoꝛdia copioſus
ad tribunal tue clementie bonitatis. ⁊ miſericoꝛdie q̄
iudicium ſuperexaltat in ſpe venie. Ego miſer ad te mi-
ſericoꝛdem cuius miſericoꝛdie non eſt numerꝰ pꝛo-
uoco ⁊ appello ⁊ te reginam ⁊ matrem miſericoꝛdie
omneſqꝫ ſanctos ⁊ electos dei ⁊ ſpecialiter vos iudi-
ces iuſti cōmilitones apoſtolos peto vt inſtanter in-
ſtantius inſtantiſſime pꝛo me peccatoꝛe miſerrimo ac
deum meum ſuppliciter intercedatis ac ite um ⁊ iteꝝ

⁊ cum omni qua poſſum deuotionis ⁊ hũilitatꝭ inſtan-
cia a te cuius miſericordia plena eſt omnis terra et ꝑ
te in celis preꝑata ⁊ in eternum edificata gratiam et
veniam. Et quia in miſericordia diues es clementiaꝫ
⁊ miſericordiã peto mihi dari cum ipſe deus meus ſis
cuius miſerationes ſunt ſuꝑ omnia opera tua qui cui
volueris imo omniũ miſereris ⁊ qui gratiam ⁊ miſeri
cordiam in quacũqꝫ hora peccator ingemuero mihi
dare poſſis ⁊ velis ſubijciens corpus ⁊ animã vitam
⁊ oꝑa res ſtatum ⁊ tempora mea necnō oīes ⁊ ſin-
gulos miſericordie tue adherentes ſeu adherere vo-
lentes ꝓtectioni ⁊ gratie abundantiſſime bonitatis ⁊
miſericordie tue domine deus pater vnigenite iheſu
criſte ⁊ ſpiritus orphanoꝝ paraclite indiuidua qꝫ tri-
nitas benedicta. Proteſtor etiam ꝙ preſentem orati-
onis mee deuotionem aſpectibus tuis ſepius publica
re ac mores ⁊ vitam auxilio tuo quanto celerius po-
tero corrigere ⁊ emendare volo. Rogo etiam te fili
dei crucifixe vt lateris tui vulneris ſigno quo illam ĩ
cruce pendens orationē pater ignoſce illis quia ne-
ſciunt quid faciunt conſignaſti ⁊ in qua pro tua reue
rentia es exauditus. Hanc etiam oraciũculam meam
diuine prouocationis miſericordie clementer conſi-
gnes ⁊ eam miſericordie multe facere digneris effica
cem. Requirens te ſacer ſcriba Johannes quatenus
preſentem meam orationem tibi cōmiſſe dignis ma-
tri cum exoratione pro me publices Et tu regina mi-
ſericordie cum oſtenſione pro me pectoris ⁊ vberum
tuoruꝫ quem genuiſti dei filio notifices. Tu quoqꝫ fili
clementiſſime eam patri cum oblatione pro me paſſi-
onis ſanguinis vulnerum tuorum et mortis offeras
acceptabilēqꝫ facies alme trinitati vt ꝑ eam ⁊ alia pie
tatis opera gratiã ⁊ miſericordiã peccatoꝝ remiſſionē

et veniam requiē ꝛ vitam merear ſempiternā Amē.

Oratio apoſtolorum

QVia iuſticiam meam tanꝙ fragilitati
ꝛ demeritis tuis intolerabilē declinās
ad tribunal miſericordie mee tanꝙ ad
ſuperiorem iuſticie ſub ſpe venie humili-
ter appellaſti. Idcirco quia in miſeri-
cordia te redemi in miſericordia te ſaluum feci miſeri-
cordiā docui miſericordiā ꝛ non mortem volui mi-
ſericors ſum miſerator longanimis ꝛ multum miſeri-
cors imo ſum pater miſericordiaꝝ. Et quia regina glorie
mater miſericordie mater mea aſtat a dextris meis ꝓ
te bona loquens ꝛ miſericordiā poſtulans cui nō eſt
mihi phas aliquid denegare ob reuerentiam ꝛ pieta-
tem multitudinis miſericordie mee ꝛ interceſſionem
matris mee omniūꝙ electorum gratie ꝛ miſericordie
in gloria participū. Appellationi tue miſericorditer de
fero ꝛ te ad tribunal miſericordie mee clementer ad
mitto tibi ꝙ vt miſericordiā conſequaris omniū dieꝝ
vite tue terminū pemptorium ad proſecutionē miſe-
ricordie ꝛ ipſius aſſecutionem aſſigno. Ac latam con
tra te ſententiam iuſticie mee propicius relaxo. Ita
vt ſi vſꝙ in finem miſericors fueris miſericordiam ta-
men meam quando aliquando pecces ad te non di-
ſpergam vt dampnem. neꝙ nocebo in veritate mea
vt abijciam te in finem. ſed pro peccato vapulabis:
ſed tamen non peribis.

Universitäts München Bibliothek

567.19